



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCXXXI. Johann Tebelke, Pfarrer in Kusten, bekennt, von einigen Salzwedelschen Bürgern wegen des von ihnen verübten Spoliums befriedigt zu sein, am 13. Juni 1377.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

de injunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Actum et Datum Luneburch, Anno M^o. CCC^o. LXXVI^o., in crastino assumptionis beate Marie virginis, sub nostro sigillo presentibus impenso, in testimonium premissorum.

Gercken's Fragm. V, 35, 36.

CCXXXI. Johann Tebelke, Pfarrer in Kusten, bekennet, von einigen Salzwedelschen Bürgern wegen des von ihnen verübten Spoliums befriedigt zu sein, am 13. Juni 1377.

Ego Johannes, dictus tebelke, Rector ecclesie in kusten, Recognosco presentium tenore protestando, quod super amicabili compositione, per abitros ordinata inter me et coppekinum brunowen, conradum brewicze, ermbertum et quosdam alios ciues in soltwelede ratione cuiusdam litis et controuersie, mote inter nos occasione spolij et violencie mihi et ecclesie mee facte, dominus bertoldus antique ciuitatis et tidericus stolteman, noue soltwedel consulum notarii, XXV marcas lubicenses mihi in domo nycolai bungken in luchowe integraliter persoluerunt, alias persoluendas in ciuitate lubicensi, prout in instrumento, super hujusmodi compositione facienda super prononciationem arbitrorum conscripto, plenius continetur, vnde dicte pecunie persolutionem mihi factam ratam tenens predictos ciues et alios ciues in causam ciuitatis soltwedel liberos ab infestatione et impetitione facta uel facienda ratione hujusmodi spolij et violencia dimitto, nec uolo huiusmodi causam amplius luscitare quouis modo. Et ego nicolaus bungken, opidanus in luchowe, bona fide promitto vna cum predicto domino Johanne omnia premissa firma inuolabiliter obseruari. In euidentis testimonium et robur premissorum sigillum utriusque nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M^o. CCC^o. LXXVII^o., Sabbato ante diem sancti vitij, presentibus discretis uiris hermanno wolter et hinrico sculteti, opidanis in luchowe testibus ad premissa.

Nach dem Originale im Archive der Stadt Salzwedel, Fach 21, No 27.

CCXXXII. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Dotation des Altars Simonis und Juda in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 12. Januar 1378.

Hinricus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus verdenfis, vniuersis et singulis presentem cartulam uisuris seu auditoris Salutem in domino caritatem. Ea que ad laudem omnipotentis dei et cultus eius augmentum provide defacto nouimus, ut firma et stabilia maneant, nostre pontificalis autoritatis presidio quod expedit communimus. Igitur erectionem et fundationem altaris Symonis et iude in ecclesia beate katherine virginis noui opidi Soltwedel et dotationem eiusdem cum bonis infrascriptis uidelicet in villa Ctzerowe II choros siliginis ab omnibus villanis ibidem de quinque mansis annuatim erogandos, in villa ricze III choros siliginis cum dimidia marca brandenb. argenti ex curia henninck drewes annuatim erogandos, VIII sol. perpetui census